


animaduertēdum, uti caldaria muliebria uiriliaq;
coniuncta, & in iisdem regionibus sint collocata, Sic
enim efficietur, ut in uasaria ex hypocausto cōmunis
sit usus eorum utrisq; Athenas supra hypocaustū tria
sunt componēda, unum caldarium, alterum tepida-
rium, tertium frigidarium, & ita collocanda, uti ex
tepidario in caldarium, quantum aqua caldæ exierit, i-
fluat. De frigidario in tepidariū ad eūdē modū,
tistudinesq; alueorum ex cōi hypocausti calefaciētur.



a. frigida-
rium
b. tepida-
rium
c. calda-
rium
d. hypocau-
stum.

Suspensuræ caldarium ita sunt faciendæ, uti pri-
mum sesquipedalibus tegulis solum sternatur incli-
natum ad hypocaustum, uti pila cum mittatur, nō pos-
sit intro resistere, sed rursus redeat ad præfurniū.